



# **Praxis Bene Meditandi**

**Berzetti, Nicola**

**Coloniae Agrippinae, 1658**

Triplex modus formandi. Secundum praeludium.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

totius terræ, quam omnis generis homines diversimodè occupati inhabitant, Domum Nazarethanam, in quâ B. Virgo degebat, & mysterium completum fuit. advertat etiam, cum semel imaginatio loci cujusciam circa aliquod mysterium feliciter successit, ne unquam variet imaginariam illam loci compositionem, quantumvis frequenter ad idem meditandum mysterium rediret, nisi fortè necesse esset circumstantiam aliquam ad illam perficiendam adjungere.

*Triplex modus formandi secundum  
Praludium.*

**M**odus concipiendi hujusmodi loca erit, vel imagi-

B nando

nando sibi, quod Deus illa in cœlo ipso, veluti in tabula quadam eleganti distincte omnino depicta exhibeat, si forte ab initio per imaginationem eò se transtulerit, ut supra dictum vel si Deum sibi præsentem in terra constituit, imaginando quasi illa etiam loca ibidem præsentia habeat; vel denique quod ille ipse simul cum Deo eò transferatur, ubi mysterium accidit. Ut verò hoc facilius, & sine defatigatione capitis fiat, juverit plurimum diligenter inspicere imaginem quampiam mysterii representativam, aut legisse vel audivisse quæ authores de huiusmodi locis tradunt; & in par-

ticulari

ticulari observare distantiam unius loci ab altero atque altitudinem montium, in quibus res gestæ; vel sitæ civitates aut Castella fuerunt, ubi Christus Dominus miraculum aliquod patravit: magni autem refert diligentias has omnes adhibere, quando quidem ad hoc secundo præludio bene formato, non solum recta mysterii intelligentia dependet, verum etiam attentio in meditationis decursu, quæ est res summi momenti in hoc sancto exercitio.

*Tertium Præludium.*

**P**ostea formandum est tertium præludium, petendo à Deo quod sibi, ut finem & scopum meditationis proposuit, ut supra